



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula facultatis celebrandi pro Cappelanis mercenarijs sæcularibus, &
regularibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Formula facultatis celebrandi pro Capellani mercenarijs sæcularibus & regularibus.

CAROLVS, &c. Dilecto nobis in Christo N. His nostris literis facultatē damus, suscipiendo munus Missæ facrū ritū Ambrosiano, non tū sextis ferijs Quadragesimæ, faciendi in Ecclesia S.N. ad Altare S.N. per hebdomadā diebus . . . debitum ex . . .

Quam sanè facultatem tibi damus, his per te seruatis conditionibus, quas decretis nostris, tum Prouincialibus, tū Dicecelanis præscriptas, his literis adiunximus, ut infra.

Quæ de Missæ sacro ritè faciendo ulti tis instructionibus decreta sunt, diligenter integreq; seruabis.

Pro eleemosina nihil amplius quoquis prætextu ob huiusmodi Missæ sacrum faciendi munus hac facultate nostrâ susceptum percipies, quam librarum summam.

Eamque nonnisi cum mandato, syngraphave eius, cui hanc curam dederimus, sigillatim exiges.

Diebus singulis supra præfinitis, susceptum Missæ sacrum faciendi munus præstabis: nec verò alibi ijs ipsis diebus, & præcipue festiis, Missæ sacrum facies, etiā si illius faciendi munus non suscipias; nisi aliquando de illius, cui id cura cōmiserimus, consensu, in locum tuū, ob legitimum impedimentum etiam infirmitatis quo detinearis, Sacerdotem alium antea substitueris, qui pro munere à te suscepti ratione, quod ipse debes, id omne in ea Ecclesia præstet.

Si quotidie celebrare teneris, obsequium tuum assidue impendas, salutatamen honestate tua, & debita deuotione: nec tibi liceat quoquis prætextu diem etiā vñ subtrahere, siue causa voluntatis, siue te ad alia Ecclesiā transferendo.

Missæ sacrum ne facias sine ministro clericali habitu induito, eoquæ decenti ad præscriptum nostrarum Constitutionum.

Stata hora, quam Deputatus noster pro temporis ratione præscriperit, Missæ sacrificium facies.

Festis verò diebus, qui præcepto Ec-

clesiæ, aut cōsuetudine votove coluntur, post Missam parochialem, vel summo mane (de consensu tamen Parochi) Missæ sacrificium facies.

In libro, Missis quæ celebrantur, in singulos dies annotandis constituto, manu tua singulis item diebus quibus celebrabis, subscribes; aliter in mandato nulla habeatur ratio.

In illo ipso Altari Missæ sacrum facies; quod si in alio feceris, absq; nostro, seu Deputati consensu ac permisso, perinde in eleemosina p̄cipienda cōfearis, ac si munus quod debes, non præstiteris, iuxta præscriptum Concilij Prouinc. 4.

Has autem nostras literas per tantummodo tibi suffragari volumus. Dat. &c.

Formula facultatis celebrandi pro Capellani, qui inseruiunt diuersis Altaribus.

CAROLVS, &c. Dilecto nobis in Christo Presbytero N. Cūm ex posueris, te facultatē à nobis impetrata Missæ sacrum faciendi in Ecclesia S. N. ad Altare S. N. per hebdomadā diebus . . . ea tantum causa adstrictum esse, indeq; percipere eleemosinā librarum . . . Nos tibi sic, ut afferis, tantummodo adstricto, cognita per examen literarum intelligentia, & sacrarum cæmoniarū peritia tua, his nostris literis facultatem damus suscipiendo munus Missæ sacrum faciendi in Ecclesia S. N. ad Altare S. N. per hebdomadā die . . . debitum ex . . . Quam sanè facultatem tibi cōcedimus, his per te seruatis conditionibus infra præscriptis.

Quæ de Missæ sacro ritè faciendo editis instructionibus decreta sunt, diligenter integreq; seruabis.

Decentem habitum clericalem, & coronam, ad præscriptum Conciliorum nostrorum vbiq; semper deferes.

Pro eleemosina nihil amplius quoquis prætextu ob huiusmodi Missæ sacrum faciendi munus hac facultate nostra susceptum percipies, quam librarum . . . summam.

Eamque nonnisi cum mandato syn-